Unus sane est Mediator noster, iuxta absolutam Apostoli verborum significationem: «Unus enim Deus, unus et mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus» (1 Tim. 2, 5-6).

At Mariae maternum munus hanc Christi unicam mediationem non obscurat vel minuit, sed in immensum extollit.

Omnis enim salutaris Sanctae Virginis influxus in homines non ex aliqua necessitate, sed ex beneplacito divino exoritur et ex superabundantia meritorum Christi profluit; Eius mediationi innititur, ab illa omnino necessario dependet, ex eademque totam virtutem haurit.

Neque enim Ecclesia umquam mediationem inter Deum et homines ullam agnovit quae aut ab unico Mediatore Christo Iesu ullo pacto independens aut eiusdem mediationi quidpiam superaddens cogitaretur.

Unicus sane est Mediator noster secundum absolutam verborum Apostoli significationem: «Unus enim Deus, unus et Mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus» (1 Tim. 2, 5-6).

At Mariae maternum munus hanc Christi unicam mediationem non obscurat nec minuit, sed in immensum extollit.

Omnis enim salutaris Sanctae Virginis influxus in homines non ex aliqua necessitate, sed ex beneplacito divino exoritur et ex superabundantia meritorum Christi profluit, Eius mediationi innititur, ab illa omnino dependet, ex eademque totam virtutem haurit.

Neque enim Ecclesia unquam mediationem inter Deum et homines ullam agnovit, quae aut ab unico Mediatore Christo ullo pacto (*sic*) independens aut eiusdem mediationi *quidquam* superaddens cogitaretur.

Unicus sane est Mediator noster secundum absolutam verborum Apostoli significationem: «Unus enim Deus, unus et Mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus» (1 Tim. 2, 5-6).

At Mariae maternum munus hanc Christi unicam mediationem non obscurat vel minuit, sed in immensum extollit.

[*Maria enim in Christo est mediatrix,*] omnisque eius salutaris influxus in homines non ex aliqua rei necessitate, sed ex beneplacito divino exoritur et ex superabundantia meritorum Christi profluit, Eius mediationi innititur, ab illa omnino dependet, ex eademque totam virtutem haurit.

*Ecclesia etenim* nullam mediationem inter Deum et homines agnovit, quae non nisi ab unico Mediatore Christo pendeat aut Eiusdem mediationi quidquam adiiciat.

Unicus sane est Mediator noster secundum absolutam verborum Apostoli significationem: «Unus enim Deus, unus et Mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus» (1 Tim. 2, 5-6).

At Mariae maternum munus hanc Christi unicam mediationem non obscurat vel minuit, sed in immensum extollit.

[*Maria enim in Christo est mediatrix,*] omnisque eius salutaris influxus in homines non ex aliqua rei necessitate, sed ex beneplacito divino exoritur et ex superabundantia meritorum Christi profluit, Eius mediationi innititur, ab illa omnino dependet, ex eademque totam virtutem haurit.

*Ecclesia etenim* nullam mediationem inter Deum et homines agnovit, quae non nisi ab unico Mediatore Christo pendeat aut Eiusdem mediationi quidquam adiiciat.

9 – Quapropter Sacrosancta Synodus theologos verbique divini praecones enixe hortatur, ut, studium Sacrae Scripturae et SS. Patrum ad sensum Magisterii Ecclesiae excellentes, sedulo adnitentur recte illustrare munera et officia B. Virginis cum aliis dogmatibus connexa, potissimum vero quae Christum spectant, totius veritatis, sanctitatis et pietatis originem et fontem. Studeant igitur in doctrina proponenda talia verba, ut res fert, adhibere, qualia aequiparationem inter Christum et Virginem Matrem plane ex se praecavere valeant.

8. (*Maria typus Ecclesiae*).

Simul autem indesinenter Maria, Virgo et Mater, ut typus Ecclesiae agnoscitur.

Ecclesia enim, Christi sponsa, et ipsa virgo et mater est:

virgo quidem, quia fidei Sponso datae veraciter et pure adhaeret; mater autem quia foecunda caritate per regenerationem baptismalem filios ad vitam novam eamque immortalem educit.

III – (*Maria typus Ecclesiae*)

1 – Singularia privilegia, quibus Deipara Virgo almaque Socia Christi Domini ornata fuit, quemadmodum cum Divino Redemptore ita quoque cum Ecclesia intimam relationem habent.

Maria enim typum gerit Ecclesiae.

2 – Ecclesia, Christi sponsa, et ipsa immaculata, virgo et mater est; immaculata lavacro sanguinis Christi Redemptoris (Eph. 5, 26);

virgo quidem, quia fidem Sponso datam integre et pure servat; mater autem, quia fecunda caritate per regenerationem baptismalem filios ad vitam novam eamque immortalem educit.

Huiusmodi tamen Ecclesiae mysterio B. Virgo Maria praeivit, illud in se eminenter, singulariter et incomparabiliter praebens:

III. *De Maria, typo Ecclesiae.*

1-2. Divinae maternitatis dono et munere quo Beata Virgo cum Filio suo Redemptore singulariter unitur, etiam cum Ecclesia Eius intime coniungitur:

Deipara, ut iam docebat S. Ambrosius, est Ecclesiae typus (11).

In mysterio enim Ecclesiae, quae iure mater vocatur et virgo, Beata Virgo Maria praecessit, eminenter et singulariter tum virginis tum matris exemplum praebens (12).

9. Beata autem Virgo divinae maternitatis dono et munere, quo cum Filio Redemptore unitur, suisque singularibus privilegiis etiam cum Ecclesia intime coniungitur.

Deipara, ut iam docebat S. Ambrosius, est Ecclesiae typus (17).

Mysterio enim Ecclesiae, quae iure mater vocatur et virgo, Beata Virgo Maria praecessit, eminenter et singulariter tum virginis tum matris exemplum praebens.

9. Beata autem Virgo divinae maternitatis dono et munere, quo cum Filio Redemptore unitur, suisque singularibus privilegiis etiam cum Ecclesia intime coniungitur:

Deipara, ut iam docebat S. Ambrosius, est Ecclesiae typus.

In mysterio enim Ecclesiae, quae iure mater vocatur et virgo, Beata Virgo Maria praecessit, eminenter et singulariter tum virginis tum matris exemplum praebens.

In mysterio enim Ecclesiae, quae iure mater vocatur et virgo, Beata Virgo Maria praecessit, eminenter et singulariter tum virginis tum matris exemplum praebens

|   |  |  |   |   |
|---|--|--|---|---|
|   |  | Credens enim et oboediens, ipsum Filium Patris in terris genuit, et quidem viri nescia, Spiritu Sancto obumbrata, tamquam nova Heva, non serpenti antiquo, sed Dei nuntio praebens fidem, nullo dubio adulteratam.                         | Credens enim et oboediens, ipsum Filium Patris in terris genuit, et quidem viri nescia, Spiritu Sancto obumbrata, tanquam nova Heva, non serpenti antiquo, sed Dei nuntio praestans fidem nullo dubio adulteratam.                                    | Credens enim et oboediens, ipsum Filium Patris in terris genuit, et quidem viri nescia, Spiritu Sancto obumbrata, tamquam nova Heva, non serpenti antiquo, sed Dei nuntio praebens fidem, nullo dubio adulteratam.                                    |
|   | peperit enim ipsum Christum, primogenitum inter multos fratres, <i>et quidem viri nescia, Spiritu Sancto adumbrata, tamquam nova Heva, non serpenti antiquo, sed Dei nuntio fidem exhibens nullo dubio adulteratam.</i>                  | Filium autem peperit primogenitum in multis fratribus (Rom. 8, 29), fidelibus nempe, ad quos gignendos et educandos cum materno amore cooperatur.  | Filium autem peperit primogenitum in multis fratribus (Rom. 8, 29), fidelibus nempe, ad quos gignendos <i>olim cooperata est caritate (18), nunc autem ad eos</i> educandos materno amore cooperatur.   | Filium autem peperit primogenitum in multis fratribus (Rom. 8, 29), fidelibus nempe, ad quos gignendos et educandos cum materno amore cooperatur.   |
|   | Nimirum in Maria et per Mariam Ecclesia est mater, sponsa et virgo, proinde ac si, hanc excellentissimam creaturam imitando eiusque arcanam celsitudinem et sanctitatem acquirendo, fiat vera mater sicut et ipsa, vera sponsa et virgo. | Jamvero Ecclesia, eius arcanam celsitudinem et caritatem imitando et voluntatem Patris fideliter adimplendo, et ipsa fit mater: in baptismo enim ad vitam novam et immortalem generat filios, de Spiritu Sancto conceptos et ex Deo natos. | Iamvero Ecclesia, eius arcanam sanctitatem contemplando et caritatem imitando, voluntatem Patris fideliter adimplendo, et ipsa fit mater: in baptismo enim filios, de Spiritu Sancto conceptos et ex Deo natos, ad vitam novam et immortalem generat. | Iamvero Ecclesia, eius arcanam sanctitatem contemplando et caritatem imitando, voluntatem Patris fideliter adimplendo, et ipsa fit mater: in baptismo enim filios, de Spiritu Sancto conceptos et ex Deo natos, ad vitam novam et immortalem generat. |
|   | «Ecclesia ergo imitans Domini sui matrem – scribit Augustinus – quoniam corpore non potuit, mente tamen et mater est et virgo» ( <i>Sermo</i> 191; PL [38,] 1010).   | Et ipsa est virgo, quae fidem Sponso datam integre et pure servat, et «imitans Domini sui matrem, quoniam corpore non potuit, mente tamen et mater est et virgo» (13).   | Et ipsa est virgo, quae fidem Sponso datam integre et pure servat, et «imitans Domini sui matrem, quoniam corpore non potuit, mente tamen et mater est et virgo» (19).  | Et ipsa est virgo, quae fidem Sponso datam integre et pure servat, et «imitans Domini sui matrem, quoniam corpore non potuit, mente tamen et mater est et virgo» (13).  |
| Ideo Ecclesia   | 3 – Quoniam itaque in Beatissima Virgine Ecclesia <i>sine macula et ruga</i> extat,<br><br>dum Christifideles nituntur ut crescant «in virum perfectum, in mensuram plenitudinis Christi» (Eph. 4, 13),                                  | 3. Dum autem Ecclesia in Beatissima Virgine sine macula aut ruga (Eph. 5, 26) extat,<br><br>Christifideles nituntur ut devincentes peccatum in puritate ac sanctitate crescant;  | 10. Dum autem Ecclesia sine macula aut ruga (Eph. 5, 26) in Beatissima Virgine extat,<br><br>Christifideles nituntur ut devincentes peccatum in sanctitate crescant,  | Dum autem Ecclesia in Beatissima Virgine sine macula aut ruga (Eph. 5, 26) extat,<br><br>Christifideles nituntur ut devincentes peccatum in puritate ac sanctitate crescant;  |
| oculos ad Mariam extollit quae, utpote vera Mater Dei Filii, filia praedilecta Patris, sacrarium Spiritus Sancti, omnibus creaturis dignitate praecellit, | oculos suos ad Mariam extollunt, quae, utpote vera Mater Dei Filii, filia Patris praedilecta, sacrarium Spiritus Sancti, omnibus creaturis dignitate praecellit  | ideoque oculos suos ad Mariam attollunt,   | ideoque oculos suos ad Mariam attollunt,  | ideoque oculos suos ad Mariam attollunt, quae toti electorum communitati tanquam exemplar praefulget.   |

|   |   |   |   |
|---|---|---|---|
| et toti electorum communitati tamquam exemplar praeifulget.   | et electorum communitati tamquam exemplar praeifulget.  | quae toti electorum communitati tamquam exemplar praeifulget.   | quae toti electorum communitati tamquam exemplar praeifulget.   |
| Ecclesia de ea pie recogitans, eamque in lumine Verbi hominis facti contemplans, in summum mysterium incarnationis venerabunda intimius penetrat, Sponsoque suo semper magis conformatur. | Ecclesia de ea pie recogitans eamque in lumine Verbi hominis facti contemplans, in summum mysterium Incarnationis venerabunda plenius ingreditur, Sponsoque suo magis ac magis conformatur.                                   | Ecclesia de Ea pie recogitans Eamque in lumine Verbi hominis facti contemplans, in summum incarnationis mysterium venerabunda penitus intrat, Sponsoque suo magis magisque conformatur. | Ecclesia de Ea pie recogitans Eamque in lumine Verbi hominis facti contemplans, in summum incarnationis mysterium venerabunda penitus intrat, Sponsoque suo magis magisque conformatur. |
| Maria enim, in historiam salutis intrinsecus ingressa, maxima fidei nostrae dogmata velut incorporat.   | Maria enim in historia salutis intrinsecus conclusa, maxima fidei dogmata in se quodam modo unit et reverberat.   | Maria enim in historia salutis intrinsecus ingressa, maxima fidei dogmata in se quodammodo unit et reverberat.  | Maria enim, quae, in historia salutis intrinsecus ingressa, maxima fidei dogmata in se quodammodo unit et reverberat,   |
| Praedicata, ad Filium suum, eiusque sacrificium atque ad amorem Patris auditores [ <i>textus</i> : autores] advocat.  | Cum praedicatur, ad Filium suum Eiusque sacrificium atque ad amorem Patris suiue oblivionem advocat.  | Cum praedicatur, ad Filium suum Eiusque sacrificium atque ad amorem Patris credentes advocat.   | cum praedicatur, ad Filium suum Eiusque sacrificium atque ad amorem Patris credentes advocat.   |
| Praedicantibus autem, omnibusque apostolicis operariis animum addit, ut gloriam Christi enixius proclamant,   | Praedicatoribus autem omnibusque apostolicis operariis animum addit, ut gloriam Christi enixius praedicent,   | Ecclesia vero, gloriam Christi prosequens,  | Ecclesia vero, gloriam Christi prosequens,  |
| Ecclesiam vero praecelsae figurae Mariae continuo magis similem efficiant, in fide, oboedientia, caritate, puritate, patientia.   | Ecclesiam vero praecelsae Figurae similem indesinenter efficiant, in fide oboedientia, caritate, puritate, patientia, imprimis autem in divina voluntate requirenda et exsequenda.  | praecelsae suae Figurae similior effecta, continuo progreditur in fide, oboedientia, caritate, puritate, patientia, cum primis autem in divina voluntate exquirenda et obsequenda.      | praecelsae suae Figurae similior efficitur, continuo progrediens in fide, oboedientia, caritate, patientia, imprimis autem in divina voluntate exquirenda et obsequenda.                |
| 9. ( <i>Mariae cultus</i> ).  | IV – ( <i>Mariae cultus in Ecclesia</i> )   | IV. <i>De cultu Beatae Virginis in Ecclesia.</i>  | <b>III. De cultu Beatae Virginis in Ecclesia</b>  |
| Consequenter Maria etiam in cultu Ecclesiae actuose praesens est.   | 1 – Quae autem in excellentia similem non habet sui, utpote Dei Mater et Alma Socia Redemptoris, una etiam hyperduliae cultu ab Ecclesia colitur.   | 1-2. Maria quae in excellentia similem non habet sui, utpote Dei mater, quae mysteriis Christi non adfuit tantum, sed etiam interfuit, speciali cultu ab Ecclesia merito honoratur.     | 1-2. Maria, qua post Filium maior non est, utpote Dei Mater, quae mysteriis Christi non adfuit tantum, sed etiam interfuit, speciali cultu ab Ecclesia merito honoratur.                |
|   | 2 – Et sane, inde ab antiquissimis temporibus Deipara Virgo, quae mysteriis Christi non tantum adfuit vel etiam interfuit, una cum Divino Salvatore, qui «incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine» ( <i>Credo</i> ) | Et sane ab antiquissimis temporibus Beata Virgo sub titulo «Deiparae» colitur, sub cuius praesidium fideles in cunctis periculis suis deprecantes confugiunt.                           | Et sane ab antiquissimis temporibus Beata Virgo sub titulo «Deiparae» colitur, sub cuius praesidium fideles in cunctis periculis suis deprecantes confugiunt.                           |

*Cost.*), colebatur.

Vivit enim in veneratione, invocatio-  
ne, fiducia, imitatione et dilectione  
populi Dei, in terris itinerantis.

Decursu autem saeculorum, inde  
potissimum a Concilio Ephesino,  
cultus marialis notabiliter crebuit, ita  
ut ab universis ritibus Mater Dei et  
Mater hominum beata, omni quidem  
laude, praedicetur, colatur, ametur,  
invocatur (*sic*) atque in exemplum  
proponatur.

Tantum autem abest ut singularis ille  
cultus marialis adorationi quae Verbo  
incarnato aequaliter ac Patri et Spiritui  
Sancto unice competit, detrimen-  
tum afferat, ut potius illi quam maxi-  
me faveat.

Qui quidem singularis cultus – quem  
ipsamet B. Virgo praevideat (Lc. 1, 48)  
– prout in Ecclesia semper extitit,  
non solum a vero latriae cultu essen-  
tialiter differt, quo Verbo Incarnato  
Patrique ac Spiritui Sancto adoratio  
adhibetur, sed eidem potissimum  
favet.

Ecclesia sanae pietatis erga Dei-  
param Virginem, matrem fidelium,  
varias formas pro temporum et locorum  
conditionibus et pro indole ingenioque  
fidelium secundum veram  
doctrinam approbat, purificat et ele-  
vat,

Variae enim formae pietatis erga Dei-  
param Genitricem, quas (*textus*:  
quae) Ecclesia – intra limites sanae et  
orthodoxae doctrinae pro temporum  
et locorum conditionibus et pro indole  
ingenioque fidelium – approbavit,

ad id enim spectant ut, dum Mater  
honoratur, Filius in quo aeterno  
Patri complacuit omnem plenitudi-  
nem inhabitare (Col. 1, 19) rite agnos-  
catur, ametur, glorificetur Eiusque  
mandata servantur.

id efficiunt ut, dum Mater honoratur,  
Filius, in quo aeterno Patri complacuit  
omnem plenitudinem inhabitare  
(cf. Col. 1,19), rite noscatur, ametur,  
glorificetur Eiusque mandata serven-  
tur.

Sic per Christum qui «via, veritas et  
vita» est (Io. 14, 6), homines ad Dei  
unius et trini cognitionem supre-  
mamque adorationem perducuntur.

Sic per Christum, qui «via, veritas et  
vita» est (Io. 14, 6), homines ad Dei  
Patris cognitionem supremamque  
adorationem perducuntur.

Inde praesertim ab Ephesina Synodo  
Mariae cultus mirabiliter crebuit in  
veneratione, invocatione, fiducia,  
imitatione, et dilectione Populi Dei,  
secundum ipsius prophetica verba:  
«Beatam me dicent omnes generatio-  
nes, quia fecit mihi magna qui potens  
est» (Lc. 1, 48).

Qui quidem singularis cultus, prout  
in Ecclesia semper extitit, non solum  
essentialiter differt a summa adora-  
tione quae Verbo incarnato aequae ac  
Patri et Spiritui Sancto exhibetur, sed  
eidem potissimum favet.

Variae enim formae pietatis erga Dei  
Genitricem, quas Ecclesia intra limi-  
tes sanae et orthodoxae doctrinae,  
pro temporum et locorum conditioni-  
bus et pro indole ingenioque fide-  
lium approbavit,

id efficiunt ut, dum Mater honoratur,  
Filius, in quo aeterno Patri complacuit  
omnem plenitudinem inhabitare  
(Col. 1, 19), rite noscatur, ametur,  
glorificetur, Eiusque mandata serven-  
tur.

Sic per Christum, qui «via, veritas et  
vita» est (Io. 14, 6), homines ad Dei  
Patris cognitionem supremamque  
adorationem perducuntur.

Inde praesertim ab Ephesina Synodo  
cultus populi Dei erga Mariam mira-  
biliter crebuit in veneratione et  
dilectione, in invocatione et imitatio-  
ne, secundum ipsius verba propheti-  
ca: «Beatam me dicent omnes gene-  
rationes, quia fecit mihi magna qui  
potens est» (Lc.1, 48).

Qui quidem cultus, prout in Ecclesia  
semper exstitit, singularis omnino  
quamquam est, essentialiter differt a  
summa adoratione quae Verbo incar-  
nato aequae ac Patri et Spiritui Sancto  
exhibetur, eidemque potissimum  
favet.

Variae enim formae pietatis erga Dei  
Genitricem, quas Ecclesia intra limi-  
tes sanae et orthodoxae doctrinae,  
pro temporum et locorum conditioni-  
bus et pro indole ingenioque fide-  
lium approbavit,

id efficiunt ut, dum mater honoratur,  
Filius, propter quem omnia (1 Cor. 3,  
32 [*sic*]; Col. 1, 15-16, Hebr. 2, 10)  
et in quo aeterno Patri complacuit  
omnem plenitudinem inhabitare  
(Col.1,19), rite noscatur, ametur, glo-  
rificetur, Eiusque mandata servantur.

Et per Christum, qui «via, veritas et  
vita» est (Io. 14, 6), homines ad Dei  
Patris cognitionem supremamque  
adorationem perducuntur.

Inde praesertim ab Ephesina Synodo  
cultus populi Dei erga Mariam mira-  
biliter crebuit in veneratione et  
dilectione, in invocatione et imitatio-  
ne, secundum ipsius verba propheti-  
ca: «Beatam me dicent omnes gene-  
rationes, quia fecit mihi magna qui  
potens est» (Lc.1, 48).

Qui quidem cultus, prout in Ecclesia  
semper exstitit, singularis omnino  
quamquam est, essentialiter differt a  
summa adoratione quae Verbo incar-  
nato aequae ac Patri et Spiritui Sancto  
exhibetur, eidemque potissimum  
favet.

Variae enim formae pietatis erga Dei  
Genitricem, quas Ecclesia intra limi-  
tes sanae et orthodoxae doctrinae,  
pro temporum et locorum conditioni-  
bus et pro indole ingenioque fide-  
lium approbavit,

id efficiunt ut, dum mater honoratur,  
Filius, propter quem omnia (1 Cor. 3,  
32 [*sic*]; Col. 1, 15-16, Hebr. 2, 10)  
et in quo aeterno Patri complacuit  
omnem plenitudinem inhabitare  
(Col.1,19), rite noscatur, ametur, glo-  
rificetur, Eiusque mandata servantur.

Et per Christum, qui «via, veritas et  
vita» est (Io. 14, 6), homines ad Dei  
Patris cognitionem supremamque  
adorationem perducuntur.

3. Additamentum lin. 23-27 admittere pos-  
sum.

lin. 33, idem, dummodo addatur: «inter  
omnes sanctos».

Reliqua, ut scribuntur, libenter approbo.



Quam catholicam doctrinam Sacra Synodus consulto fortiterque docet,

eodemque tempore Episcopos monet, ut sedulo commendent theologi divinique verbi praeconibus, ut ab omni falsa superlacione, quemadmodum et a nimia mentis angustia, in singulari Deiparae dignitate consideranda, abstineant.

3 – Hanc sanam, catholicam doctrinam Sacrosancta Synodus consulto docet

simulque sacros Pastores admonet,

ut theologi divinique verbi praecones ab omni falsa superlacione, quemadmodum et a nimia mentis angustia, in singulari Deiparae dignitate consideranda, abstinere sedulo studeant.

Meminerint porro omnes fideles veram devotionem in quodam unius momenti affectu minime consistere. E contra firmiter teneant devotionem non nisi a vera fide procedere, qua omnes adducimur ad virtutes beatae Virginis veraciter et humiliter imitandas.

Meminerint porro omnes fideles veram devotionem neque in quodam unius momenti affectu neque in vana quadam credulitate consistere, sed a vera fide procedere, qua omnes adducimur ad singularis excellentiae Dei Genitricis agnitionem, ad filialem erga Matrem nostram amorem et

3. Hanc catholicam doctrinam Sacrosancta Synodus consulto docet,

simulque theologos verbique divini praecones enixe exhortatur, ut ab omni falsa superlacione, quemadmodum et a nimia mentis angustia, in singulari Deiparae dignitate consideranda sedulo abstineant.

Studium Sacrae Scripturae et Sanctorum Patrum sub ductu Magisterii excolentes, recte illustrent munera et privilegia Beatae Virginis, quae semper Christum spectant, totius veritatis, sanctitatis et pietatis originem et fontem.

In proponenda autem veritate talia verba adhibeant, quae aequiparationem inter Christum et Virginem plane ex se praecaveant.

Meminerint porro omnes fideles veram devotionem neque in quodam unius momenti affectu, neque in vana quadam credulitate consistere, sed a vera fide procedere, qua ad Dei Genitricis excellentiam agnoscendam adducimur, et ad filialem erga Matrem nostram amorem eiusque

3. Hanc catholicam doctrinam Sacrosancta Synodus consulto docet,

simulque omnes Ecclesiae filios admonet ut praxes et exercitia pietatis marialis saeculorum cursu a Magisterio commendata magni faciant et ea quae anteactis temporibus de cultu imaginum Christi, B.M. Virginis et sanctorum decreta fuere religiose servent (20).

Theologos autem verbique divini praecones enixe exhortatur, ut ab omni falsa superlacione, quemadmodum et a nimia mentis angustia, in singulari Deiparae dignitate consideranda sedulo abstineant (21).

Studium Sacrae Scripturae, Sanctorum Patrum Ecclesiaeque Doctorum sub ductu Magisterii excolentes, recte illustrent munera et privilegia Beatae Virginis, quae semper Christum spectant, totius veritatis, sanctitatis et pietatis originem.

Quamquam autem Beata Virgo, Deo sic volente, Filio suo in plurimis simillima est,

in proponenda tamen veritate talia adhibeant verba, quae aequiparationem inter Christum et Virginem plane ex se praecaveant.

Meminerint porro omnes fideles veram devotionem neque in quodam momenti affectu, neque in vana quadam credulitate consistere, sed a vera fide procedere, qua ad Dei Genitricis excellentiam agnoscendam adducimur, et ad filialem erga Matrem nostram amorem eiusque virtutum

3. Hanc catholicam doctrinam Sacrosancta Synodus consulto docet,

simulque omnes Ecclesiae filios admonet ut praxes et exercitia pietatis marialis saeculorum cursu a Magisterio commendata magni faciant et ea quae anteactis temporibus de cultu imaginum Christi, B.M. Virginis et sanctorum decreta fuere religiose servent (20).

Theologos autem verbique divini praecones enixe exhortatur, ut ab omni falsa superlacione, quemadmodum et a nimia mentis angustia, in singulari Deiparae dignitate consideranda sedulo abstineant (21).

Studium Sacrae Scripturae, Sanctorum Patrum Ecclesiaeque Doctorum sub ductu Magisterii excolentes, recte illustrent munera et privilegia Beatae Virginis, quae semper Christum spectant, totius veritatis, sanctitatis et pietatis originem.

[Quamquam autem Beata Virgo, Deo sic volente, Filio suo in plurimis simillima est,]

in proponenda tamen veritate talia adhibeant verba, quae aequiparationem inter Christum et Virginem plane ex se praecaveant.

Meminerint porro omnes fideles veram devotionem neque in quodam momenti affectu, neque in vana quadam credulitate consistere, sed a vera fide procedere, qua ad Dei Genitricis excellentiam agnoscendam adducimur, et ad filialem erga Matrem nostram amorem eiusque virtutum

ad eius virtutum imitationem.

V – *(Maria mater unitatis)*

Sacrosanctae huic Generali Synodo magnum affert gaudium ac solatium quod ipsi quoque haud pauci fratres separati, potissimum vero Orientales – qui ad Deiparam peculiari modo devotissime colendam feruntur – debito honore ac reverentia Matrem Domini ac Salvatoris nostri prosequuntur.

Quinimmo, pie est credendum Ipsam, quae homines universos in Calvariae loco habuerit materno animo suo commendatos, non minus eos fovere ac diligere, qui se fuisse a Christo Iesu redemptos ignorant, quam qui ipsius redemptionis beneficiis feliciter fruuntur.

Quapropter Sacrosancta Synodus certa spe ac fiducia nititur fore, ut haec Mater Dei et hominum – quae intercessit ut Iesus primum signum operaretur in Cana Galileae, ex quo crediderunt in eum discipuli eius (Io. 2,10), atque Ecclesiae primordiis adstitit – patrocinio suo a Deo impetret, ut tandem omnes in eundem gregem sub uno Pastore conveniant (cf. Io. 10, 16).

Quamobrem omnes prorsus Christifideles hortatur, ut preces supplicationesque ad Matrem Dei et Ecclesiae fundant, ut, ipsa intercedente, eius Filius Iesus Christus cunctas familias populorum, et in primis illos, qui christiano nomine gloriantur, in unum Dei populum congreget.

virtutum imitationem excitamur.

V. *De Beata Virgine et Unitate.*

Sacrosanctae huic Generali Synodo magnum affert gaudium et solatium, etiam inter fratres separatos non deesse, qui Matri Domini ac Salvatoris debitum afferunt honorem, speciatim apud Orientales, qui ad cultum Deiparae semper Virginis fervido impulsu ac devoto animo concurrunt.

Quinimmo pie credendum est Ipsam, quae in Calvariae loco fideles habuerit materno suo cordi commendatos, cunctos homines diligere ac fovere, ut fructibus redemptionis abundantius fruuntur, illosque praecipue qui nomen Christi invocant,

tandem in unum gregem sub uno Pastore conveniant (cf. Io. 10, 16).

Quamobrem universi christifideles supplicationes instantes ad Matrem Dei Matremque hominum effundant, ut ipsa, quae primitiis Ecclesiae precibus suis adstitit, nunc quoque in omnium Sanctorum Communione apud Filium suum intercedat, donec cunctae familiae populorum, sive christiano nomine decorentur, sive Salvatorem suum adhuc ignorent, cum pace et concordia in unum

imitationem excitamur.

**IV. De Beata Virgine et Unitate**

Sacrosanctae huic Generali Synodo magnum affert gaudium et solatium, etiam inter fratres separatos non deesse, qui Matri Domini ac Salvatoris debitum afferunt honorem, speciatim apud Orientales, qui ad cultum Deiparae semper Virginis fervido impulsu ac devoto animo concurrunt.

Pie quidem credendum est Ipsam, quae in Calvariae loco fideles habuit materno suo cordi commendatos, cunctos homines diligere ac fovere, ut fructibus redemptionis abundantius utantur, illosque praecipue qui nomen Christi invocant, tandem in unum gregem sub uno Pastore conveniant (cf. Io. 10, 16).

Quamobrem universi christifideles supplicationes instantes ad Matrem Dei et Matrem hominum effundant, ut ipsa, quae primitiis Ecclesiae precibus suis adstitit, nunc quoque in omnium Sanctorum Communione apud Filium suum intercedat, donec cunctae familiae populorum, sive christiano nomine decorantur, sive Salvatorem suum adhuc ignorant, cum pace et concordia feliciter con-

imitationem excitamur.

**IV. De Beata Virgine et Unitate**

Sacrosanctae huic Generali Synodo magnum affert gaudium et solatium, etiam inter fratres separatos non deesse, qui Matri Domini ac Salvatoris debitum afferunt honorem, speciatim apud Orientales, qui ad cultum Deiparae semper Virginis fervido impulsu ac devoto animo concurrunt.

Pie quidem credendum est Ipsam, quae in Calvariae loco fideles habuit materno suo cordi commendatos, cunctos homines diligere ac fovere, ut fructibus redemptionis abundantius utantur, illosque praecipue qui nomen Christi invocant, tandem in unum gregem sub uno Pastore conveniant (cf. Io. 10, 16).

Quamobrem universi christifideles supplicationes instantes ad Matrem Dei et Matrem hominum effundant, ut ipsa, quae primitiis Ecclesiae precibus suis adstitit, nunc quoque in omnium Sanctorum Communione apud Filium suum intercedat, donec cunctae familiae populorum, sive christiano nomine decorantur, sive Salvatorem suum adhuc ignorent, cum pace et concordia feliciter con-

10. (Conclusio).

VI – (Maria imago eschatologica)

In fine temporum, adveniente Domino,

Interim autem, quoadusque omnium finis appropinquaverit (cf I Petr. 4, 7) et advenerit «dies Domini» (II Pt. 3, 10),

et Mater Eius in coetu sanctorum et angelorum circa supremum iudicem in splendore[m] apparebit, prima in fide, prima etiam in coronatione, quia purissima et ardentissima in consummata donatione amoris.

Mater Dei corpore animaue iam glorificata, quemadmodum ipsa Ecclesiae in futuro saeculo consummandae initium, signum ac imago eschatologica est,

ita et peregrinantibus incitamento ac solatio validissimo extat.

Interea sperat et orat Ecclesia, ut omnes qui christiano nomine honorantur et quorum plures, praesertim in Orientalibus regionibus, fervido impulso in Deiparae cultum devotionemque feruntur, Maria intercedente, ad pacem et concordiam catholicam perveniant.

Ita cuncti qui in Christum credunt seipsos, Deo favente, aliquando agnoscent etiam ut filios dolorum et gaudiorum Beatae Virginis, fratres ac sorores Primogeniti eius, qui non est alius ac Unigenitus Patris.

Haec potentissima Virgo, auxilium Christianorum, nutriat fidem «futorum bonorum» (Hebr. 9, 11). Addat, dum «omnis creatura ingemiscit et parturit», patientiam nobis, qui, quamvis «primitias Spiritus habentes» et «ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei expectan-

Populum Dei feliciter congregentur.

VI. De Maria, imagine eschatologica.

Interim autem

Mater Iesu, quemadmodum, corpore et anima in coelis iam glorificata, imago et initium exstitit Ecclesiae in futuro saeculo consummandae,

ita his in terris, quoadusque advenerit dies Domini (cf. 2 Pt. 3, 10), tamquam signum certae spei et solatii peregrinanti Populo Dei praelucet.

gregentur in unum Populum Dei.

**V. Maria, signum certae spei et solatii peregrinanti populo Dei.**

Interim autem

Mater Iesu, quemadmodum in caelis corpore et anima iam glorificata, imago et initium est Ecclesiae in futuro saeculo consummandae,

ita his in terris, quoadusque advenerit dies Domini (cf. 2 Pt. 3, 10), tamquam signum certae spei et solatii peregrinanti Populo Dei praelucet.

gregentur in unum Populum Dei.

**V. Maria, signum certae spei et solatii peregrinanti populo Dei.**

Interim autem

Mater Iesu, quemadmodum in caelis corpore et anima iam glorificata, imago et initium est Ecclesiae in futuro saeculo consummandae,

ita his in terris, quoadusque advenerit dies Domini (cf. 2 Pt. 3, 10), tamquam signum certae spei et solatii peregrinanti Populo Dei praelucet.

tes, redemptionem corporis nostri» (Rom. 8, 22-23).

Arceat a nobis, huic saeculo Dei mandatu (*sic*) emendando et perficiendo incumbentibus, vesaniam filiorum huius mundi.

Roboret illa «quae serpentis caput virgineo pede contrivit» (8,12, Versus ad Vesperas I et II, et ad Laudes), quaeque «terribilis (est) ut castrorum acies ordinata» (15, 8, Vesp. I, 5 antiph.), Ecclesiae filiorum pectora, «ut sint fortes in bello et pugnent cum antiquo serpente» (De Communi Ap., antiph. ad Magnificat).

Erigat nos ad caelestia desideria, qui «non habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus» (Hebr. 13, 14).

Accendat denique in cordibus nostris vigilantiam expectationemque Domini advenientis, qua ipsa «virgo prudentissima», iam primi adventus testis ac ministra, ineffabilibus desiderii suspiriisque aestuat: «et Spiritus enim et Sponsa dicunt: veni» (Apoc. 22, 17).

Sic Ecclesia in umbra ac imaginibus longe peregrinans a Domino tandem ad civitatem sanctam tuto feliciter

Augeat igitur in nobis potentissima Virgo, intercessione sua, fidem futurorum bonorum,

obtineatque nobis fortitudinem in bello contra antiquum serpentem Illa, quae «serpentis caput virgineo pede contrivit» (14).

Suo exemplo nos erigat ad coelestia desideria, quippe qui «non habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus» (Heb. 13, 14).

Prudentissima Virgo, quae Domini in carnem adventus fuit testis et ministra, impetret nobis, dum gloriosum Christi adventum expectamus, in huius mundi tenebris vigilantiam.

Virgo fidelis, quae in humili servitio, et caritatis communione Ecclesiae praeivit eique semper praeifulget, suppliciter efflagitet, ut nos post ipsam ardorem apostolicum pro gloria Filii sui et mundi vita incunctanter expleamus,

donec Ecclesia, quae in umbra et tribulatione longe peregrinatur a Domino, demum ad nuptias Dei et Agni

Virgo igitur fidelis, intercessione sua apud Filium, augeat in nobis fidem futurorum bonorum exemploque suo erigat ad caelestia desideria, quippe qui «non habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus» (Hebr. 13, 14).

Virgo potens, quae «serpentis caput virgineo pede contrivit» (22), obtineat nobis fortitudinem in bello contra antiquum serpentem.

Suo exemplo nos erigat ad coelestia desideria, quippe qui «non habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus» (Heb. 13, 14).

Virgo prudentissima, quae Domini in carnem adventus fuit testis et ministra, impetret nobis in huius mundi tenebris vigilantiam, dum adventum Christi expectamus gloriosum.

Virgo clemens, quae humilitatis servitio et caritatis communione Ecclesiae praeivit eique semper praeifulget, suppliciter efflagitet ut nos post Ipsam ardorem apostolicum pro gloria Filii sui et mundi vita incunctanter expleamus,

donec Ecclesia, quae in umbra et tribulatione longe peregrinatur a Domino, demum ad nuptias Dei et Agni in

Virgo igitur fidelis, intercessione sua apud Filium, augeat in nobis fidem futurorum bonorum exemploque suo erigat ad caelestia desideria, quippe qui «non habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus» (Hebr. 13, 14).

Virgo potens, quae «serpentis caput virgineo pede contrivit» (22), obtineat nobis fortitudinem in bello contra antiquum serpentem.

Suo exemplo nos erigat ad coelestia desideria, quippe qui «non habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus» (Heb. 13, 14).

Virgo prudentissima, quae Domini in carnem adventus fuit testis et ministra, impetret nobis in huius mundi tenebris vigilantiam, dum adventum Christi expectamus gloriosum.

Virgo clemens, quae humilitatis servitio et caritatis communione Ecclesiae praeivit eique semper praeifulget, suppliciter efflagitet ut nos post Ipsam ardorem apostolicum pro gloria Filii sui et mundi vita incunctanter expleamus,

donec Ecclesia, quae in umbra et tribulatione longe peregrinatur a Domino, demum ad nuptias Dei et Agni in

que perveniet, cuius Maria figura et summa est, imperii Christi iam cohaeres, donec Deus sit omnia in omnibus (I Cor. 15, 28).

in luce et gaudio perveniat.

luce et gaudio perveniat.

luce et gaudio perveniat.

#### NOTAE

*Ometto la pagine di note, che in parte corrispondono a quelle che poi saranno introdotte nel testo definitivo.*

#### NOTAE

1) Canon Missae Romanae. Cf. Symbolum Constantinopolitanum (MANSI 3,566); Conc. (oecum. III) Ephesinum, 22 ian. 431 (MANSI 4,1130. Cf. etiam 2,665 et 4,1071); Conc. (oecum. IV) Chalcedonense, 22 oct. 451 (MANSI 7, 111-116, Conc. (oecum.V) Constantinopolitanum II, 2 iun. 553 (MANSI 9, 375-396).

2) PIUS IX, Bulla *Ineffabilis Deus*, 8 dec. 1854, in *Pii IX Acta*, 1/I, 605. 616.

3) Cf. S. LEO M., *Sermo 6 de Nativitate Domini* (PL 54, 213): «Generatio enim Christi origo est populi christiani, et natalis Capitis natalis est corporis»; S. AUGUS., *Sermo* 192, 2 (PL 38,1012): «Quo modo autem non ad partum Virginis pertinetis, quando Christi membra estis?»; BENEDICTUS XIV, Bulla *Gloriosae Dominae*, 27 sept. 1748.

2.II.64

4) Cf. S.S. PAULUS VI, *Allocutio in Concilio*, die 4 dec. 1963.

5) Cf. S. AMBROSIUS, *Epist. 63 ad Ecclesiam Vercellensem* (PL 16, 1270-1271): «nec Maria minor, quam Matrem Christi decebat».

6) Cf. S. GERMANUS CONSTANT., *Hom. in Annunt. Deiparae* (PG 98, 328), *In Dorm.* 2, col. 357; ANASTASIUS ANTIOCH., *Sermo 2 de Annunt.*, 2 (PG 89,1377); *Sermo* 3, 2, col. 1388; S. ANDREAS CRET.,

*Can. in B.V. Nat.*, 4 (PG 97, 1321), *In B.V. Nat.*, 1; col. 812; *Hom. in Dorm.* 1, col. 1068; S. SOPHRONIUS, *Or. 2 in Annunt.*, 18 (PG 87 (3), 3237).

7) S IRENAEUS, *Adv. Haer.* III,22,4 (PG 7,959) .

8) Ibidem.

9) S. CYRILLUS HIEROS., *Catech.* 12,15 (PG 33,741).

10) S. EPIPHANIUS, *Haer.* 78,18 (PG 42,728s.); CGS 37, 468s.

11) S. HIERONYMUS, *Epist.* 22,21 (PL 22,408). Cf. S. AUGUSTINUS, *Sermo* 51,2,3 (PL 38,335); *Sermo* 232,2; col. 1108; S. JO. CHRYSOSTOMUS, *Hom. in S. Pascha*, 2 (PG 52,768); *In Ps.* 44,7 (PG 55,1,3); S.JO. DAMASCENUS, *Hom. 2 in Dorm. B.V.M.*, 3 (PG 96, 728).

12) Cf. Concilium Lateranense, 5-31 oct. 649 (MANSI 10, 1151); S.LEO M., *Epistola dogmatica ad Flavianum* (PL 54,759); Conc. Chalcedonense (MANSI 7,462); S. AMBROSIUS, *De institutione Virginis et sanctae Mariae virginitate perpetua* (PL 16,320).

13) PIUS XII, enc. *Mystici Corporis*, 29 iunii 1943, in AAS 35 (1943) 247-248; PIUS XI, enc. *Miserentissimus Redemptor*, 8 maii 1928 , in AAS 20 (1928) 178.

14) Cf. PIUS XII, const. ap. *Munificentissimus Deus*, 1 nov. 1950, in AAS 42 (1950) 770. S. IO.DAMASCENUS, *Enc. in dorm. Dei Genitricis*, hom. 2 et 3 (PG 96, 752-754, 754-762); S. GERM. CONSTANT., *In*

*Sanctae Dei Genitricis dorm. sermo 1* (PG 98, 346-347); S. MODESTUS HIER., *Enc. in dorm. sanctissimae Dominae nostrae Deiparae* (PG 86 (2) 3311).

15) Cf. S. ANDREAS CRET., *Homilia 3 in dorm. SS. Deiparae* (PG 97,1099); S. IO. DAMASCENUS, *De fide orthodoxa*, I.IV, c. 14 (PG 44, 1158); PIUS XII, enc. *Ad caeli Regnam*, 11 oct. 1954, in AAS 46 (1954) 633-636.

16) Cf. S. ANDREAS CRET., *In Nat. Mariae sermo 4* (PG 97, 865-68); S. GERMANUS CONSTANT., *In Annunt. SS.mae Deiparae* (PG 98, 321); S IO. DAMASCENUS, *In Dorm. B. V. Mariae, hom. 1* (PG 96, 704-5; 712-713); PIUS XII, enc. *Mystici Corporis*, 2 iun. 1943, in AAS 35 (1943) 248; LEO XIII, enc. *Iucunda semper*, 8 sept. 1894, in *Leonis XIII Acta*, XIV, 309; S. PIUS X, enc. *Ad diem illum*, 2 febr. 1904, in *Pii X Acta*, I, 153-154.

17) S. AMBROSIUS, *Exp. Lc.*, lib. 2, n. 7 (PL 15,1635).

18) S. AUGUSTINUS, *De S. Virginitate*, 6 (PL 40, 399).

19) S. AMBROSIUS, 1.c. et *De mysteriis* 59 (PL 16,426); *Exp. Lc.* 10,24-25 (PL 15,1902-1903); S. AUGUSTINUS, *Sermo* 191, 2,3 (PL 38, 1010). Cf. *In Io. Tr.*, 13,12 (PL 35,1499); *Sermo* 22,10 (PL 38,154); *Sermo* 359,4 (PL 39,1593); *Enarratio in Ps.* 126, 7-8 (PL 37,1672-1673).

20) Cf. Concilium (oec.VII) Nicaenum II, 24 sept.-23 oct. 787,(MANSI 13,378-379); Concilium Tridentinum,

Sessio XXV, 3-4 dec. 1563 (MANSI 33,171-172).

21) Cf. PIUS XII, nuntius radiophonicus iis qui interfuerunt conventui internationali mariologico-mariano Romae habito 24 oct. 1954, in AAS 46 (1954) 679.

22) Versus Vesp. et Laudes in festo B.V. Immaculatae Conceptionis.